

¶ Almox

ita diuinitate huius mundi transeunt per mortē et sepe ante. Et ideo facti sunt qui mundum desponsant. Altera filia. scilicet gratia plena quae est turpis et omnibus odiosa certe est paupertas quam miro modo deus dilexit. et ideo vocatur gratia plena. quia per eam devenit ad diuinas. Verumtamen pauci sunt qui eam desponsare volūt imo est omnibus odiosa. tamen qui eam desponsauerit vitam eternam habebit.

¶ De p̄stātia amoris mutui. Ca. lxxviiij.

Rex quidam pulcherrima filiā habebat quae erat duci nobilissimo desponsata cuius quoque pulcherrimam habebat et maxima in eos erat dilectio. Dux vero moritur cuius morte factus est plangens magnus in ciuitate. Dux vero satis honorifice eum sepulture tradidit. Post mortem amici eius ad eam venerunt ut secundo viro nuberet allegantes sibi etatem integram ac pulcherrimam suam. Dux vero respondit. Quis alterum habere nolo quia vir meus qui mortuus est erat tam bonus dulcis ac diues promissa: qui me ultra modum dilexit. Et propter nimiam dilectionem inter nos eius mors tantum me affligit. quod ut credo viuere non potero. Si vero talem virum ponamus quod inuenire possibile esset ei ante me mori et tunc esset mihi grauis afflictio iam habeo quod nunquam alium virum capere volo. Si malum virum acciperem. esset mihi graue post bonum habere pessimum.

¶ Moralizatio.

Quasi si rex iste est deus. filia anima ad dei similitudinem creata: que erat nobilissimum viro scilicet domino nostro ihesu christo per virginem baptistinam desponsata: qui summa dilectione nos dilexit. quia in cruce pro nobis mortuus est. ergo virum alium pro illo non accipias. hoc est alium non

¶ Presumptio

quod tantum diligas et sic cum eo in eternum regnabis.

¶ Quod quis: nescit presumere non audebit

¶ Capitulum. lxxix.

¶ Erat quidam

rex qui miro modo paruos caniculos dilexerat. Die ac nocte bene latrantes intantibus in gremio suo eos quiescere permittit et ibidem pauit. Illi vero sic consueuerant in gremio eius dormire et comedere quod viri alibi esse volebant et quoad circa collum regis pedes ponebant. Et sic rex solacium magnum et ludum cum eis habebat. Erat tunc quidam asinus qui cum omnia ista videret in corde suo cogitabat. Si ego cantarem et ante regem saltarem et circa collum domini mei pedes ponerem: rex mihi daret omnia fercula ad comedendum et gremium suum ad quod ascendendum. His cogitationibus exanimatus saltavit aulam intravit et coram rege cantare cepit: deinde hinc inde saltavit et post hoc ad regem cucurrit et pedes circa collum eius posuit. Serui hoc videntes credebant asinum in furia conuersum ac ceperunt eum et egregie verberauerunt. et sic ad stabulum redierunt.

¶ Carissimi ¶ Expositio

Rex iste est dominus. caniculi bene latrantes sunt predicatorum qui verbum diuinum bene pronuntiant. Unde digni sunt in gremio celesti quiescere. Asinus potest dici: qui presumit officium predicatorum assumere verbis dei pronuntiare tamen literatam nec gratiam ad hoc habet. et ideo nunc mendum est ne talis sit verberatus. hoc est a domino et populo repulsus.